HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 38r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



merito sustinere. Et ut scias me
misereri tui. non ob meritum tuum
sed propter meam clementiam a patribus
tuis repetam atque maioribus ut in
telligas te de peccatoribus esse gene
ratum. Pater tuus primus peccauit in
solitudine. omnis uidelicet populus israel
siue auctor generis tui abraham
peccasse conuincitur quando domino terram
repromissionis semini illius pollicente
respondit. In quo sciam quia possi
debo eam. Et inter preces tui inquit
preuaricati sunt in me aaron et moy
ses ad aquam contradictionis et con
tencionis de me dure loquebantur.
Et ut intelligamus non esse uiolen
tam expositionem sequitur. Et conta
minaui principes sanctos de quibus et
in psalmo legitur. Absorti sunt iuxta
petram iudices eorum. Quos idcirco con
taminasse se dicit quod terram repro
missionis non intrauerint. dediq;
ad interniciones iacob et israel in blas
phemiam. ut nullus preter duos ex his
qui de egypto egressi erant intra
ret in iudeam sed cadauera eorum iace
rent in solitudine. Iuxta lxx. qui
addiderunt de suo. dic tu prior ini
quitates tuas. ut iustificeris ad pe
nitenciam eos prouocat deus. ut intel
ligant scelera sua. atque peccata
et ueniam consequantur. Scriptum est
enim et in alio loco. Iustus accusator
sui est. in principio sermonis. Prin
cipes quoque eorum et patres dominorum domini
sancta uiolasse. non seruientes legi
dei sed traditiones et mandata homi

num requirentes. propter quos periit iacob. et
in opprobrium datus est israel. eiectus de prouin
cia sua. et totius orbis exul atque peregrinus.
Et nunc audi iacob serue meus. et israel
quem elegi. Hec dicit dominus faciens te et
formans te. ab utero auxiliator tuus.
Noli timere. Effundam enim aquas su
per sicientem. et fluenta super aridam. Ef
fundam spiritum meum super semen tuum. et be
nedictionem meam super stirpem tuam. et
germinabunt inter herbas. quasi sa
lices iuxta preter fluentes aquas.
Iste dicit domini ego sum. et ille uocabit.
in nomine iacob. et hic scribet manu
sua domino. et in nomine israel assimilabitur.
Lxx. Nunc autem audi iacob puer
meus. et israel quem elegi. Ego dominus deus. qui
feci te et plasmaui te de uentre.
adhuc habebis auxilium. Noli timere.
puer meus. Iacob. et dilecte meus israel
quem elegi. Adhuc ego dabo aquam
insiti. qui ambulant in inaquoso.
Ponam spiritum meum super semen tuum. et bene
dictiones meas super filios tuos. et
orientur. ut in medio aque fenum.
et sicut salix iuxta preterita fluen
tes aquas. Iste dicit dei sum. et iste cla
mabit in nomine iacob. et alius scribet
in manu sua. dei sum ego. et in nomine
israel clamabit. Ubi accusatur populus
iudeorum ob incredulitatem atque blas
phemiam. absque ulla nominis digni
tate puris appellatur uocabulis.
non me inuocasti iacob. nec laborasti
in me israel. et iterum. dedi ad interniciones
iacob. et israel in blasphemiam. ubi
uero ad apostolorum chorum. qui ex iudeis est

·xliiii·